

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

A. 1583.

ram *paschalis*

1583.

PARS QUINTA.

667

Bene in DOMINO vale. Argentorato, XI. Martii, Anno

Tuus in DOMINO frater


Joh. Pappus, D.

LXII.

S. Reverende & clarissime Compater.

Quæso ut per hunc civem nostrum, restâ ad nos rediturum, tandem responde-
re aliquid meis literis, & paginam in Concordiæ libro deficientem XX. mecum communicare & de tuæ patriæ & Academiæ vestræ statu
me docere digneris. Bene vale. Postridie Trinitatis, anno 1583.

David Chytræus.



LXIII.

Salutem à filio DEI. Reverende & clarissime

viri, amice colende.

Multis nominibus R. d. t. gratias debeo, tum quod prior ad me literas
dederis, tum quod præclare de me & filio Samuele meritis sis. Equi-
dem jamdudum respondere debueram, verum partim professionibus & nego-
ciis publicis (quod nosti) ad salutem Ecclesiæ spectantibus, partim aliis do-
mesticis negotiis & difficultatibus hic implicitus fui, ut non potuerim præsta-
re id, quod tamen omninò præstandum erat. Tandem ergo postquam ali-
quo saltem modo ex difficultatibus & occupationibus illis eluctatus sum, scri-
bendum putavi. Ac R. d. t. pro singulari erga me meosque benevolentia,
quantas possum animo concipere, max. gratias ago, relaturus, si commoda oc-
casio data fuerit, viresque meæ id permiserint. Quinque etiam florenos, quos
filio mutuo dedisti, cum gratiarum actione remitto. Citius reddere debuissem,
verum non potui. Ne moram solutionis R. d. t. moleste ferat, etiam atque
etiam rogo. His paucis R. d. t. DEO opt. max. commendo. Raptim Hei-
delbergæ, 1. Julii, Anno salutis 1583,

Pppp 2

Mit-